CONSILIORVM

ſiue Reſponſorum

D. IOAN. PETRI SVRDI

CASALENSIS, I. C. PRAECLARISS. ET MONTISFERRATI SENATVS PRAESIDIS DIGNISSIMI,

Liber Quartus.

In quo multa, quæ in controuerſiam quotidie vocantur acutiſſimè excitata atque diſceptata iudicio acri & grauiſſimo diffiniuntur.

Acceſſere & Deciſiones eiuſdem altero Volumine comprehenſæ.

In quibus quamplures materiæ præſertim teſtamentariæ, ac feudales, non doctè minus quam ſententioſè explicantur.

Omnia recenter impreſſa Summarijs ac Indicibus locupletiſsimis, In Lectorum gratiam illuſtrata.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

VENETIIS, M DC VI.

Apud Ioannem Guerilium, & Io. Ant. Finatium.

Cum Licentia Superiorum.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM PRAECLARISSIMI IVRISCONSVLTI, D. IO. PETRI SVRDI CASALENSIS.

Liber Quartus.

SVMMARIVM.

1 *VAlor monetarum in diſpoſitione legali is attenditur quę eſt ſolutionis tempore.*

2 *Moneta quando debetur ex conſtitutione tunc ſolnenda eſt ſecundum tempus ſolutionis.*

3 *Solutio quando fit habito reſpectu ad certum factum, debet fieri in ea moneta, quæ currit tempore quo illud fit, propter quod ſolutio eſt indicta, & ſecundum illum valorem, non autem ſecundum valorem, qui fuit tēpore indictionis.*

4 *Princeps non poteſt augmentum monetæ exigere, quando diminutio eius prouenit culpa & facto ipſius Principis.*

5 *Facultas ſoluendi de moneta currenti & ſecundũ currentem valorem, præſcribitur ſpacio 30. ann.*

6 *Sola obſeruantia abſque præſcriptione ſufficit ad inducendum quod ſolutio fiat de moneta & valore quæ eſt ſolutionis tempore.*

7 *Moneta vbi facta eſt deterior in intrinſeca bonitate, ſolutio eſt facienda de antiqua moneta, vel de noua ſecundum valorem antiquæ.*

8 *In teſtamentis & vltimis voluntatibus, vbi agitur de æſtimanda moneta, valor ille attenditur qui fuit teſtamenti tempore.*

10 *Solutio annua debet fieri ſecundum valorem monetæ qui erat tempore diſpoſitionis.*

10 *Donatio excedens aureos quingentos eget inſinuatione.*

11 *Mentio aureorum quingentorum nunc intelligitur, & capit valorem ſeptingentorum aureorum monetæ currentis.*

12 *Episcopo, pro Cathedratico, ſeu Synodatico, quantitas ſibi taxata debet ſolui, ſecundum valorem antiquæ monetæ, non autem eius quæ currit tempore ſolutionis.*

13 *Intellectus verborum prolatorum ſumitur ſecundum tempus prolationis, non ſecundum id quod poſtea contingit.*

14 *De futuris contingentibus non eſt determinata veritas.*

15 *Annunciare futura ſolius eſt Dei.*

16 *Verba intelligi debent ſecundum communem vſum loquendi.*

17 *Contrahentes non præſumuntur cogitaſſe de futura, & mutata moneta, cum mutationem, & quod futurum eſſet, ignorarent.*

18 *Verba ſtatuti intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquendi.*

19 *Senſus verborum naſcitur eodem tempore cum ipſorum verborum prolatione.*

20 *Statutum à populo conditum, dicitur vera quædam conuentio populi.*

21 *Lex intelligitur ſecundum communem vſum tem-*

DECISIONES SACRI MANTVANI SENATVS,

A IOANNE PETRO SVRDO CASALENSI I. C.

ET IN EODEM AVDITORIO PRÆSIDE COLLECTAE.

Liber Secundus.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVS.

In quo perutiles & ſatis perplexæ quamplures materiæ præſertim teſtamentariæ, ac feudales, non doctè minus quam ſententioſè explicantur.

Duplici appoſito Indice, Vno ſcilicet Argumentorum ad ſingulas Deciſiones; Altera locorum & notabilium ſingularium, ſerie Alphabetica digeſto.

CVM PRIVILEGIIS.

VENETIIS, M DC VI.

APVD IOANNEM GVERILIVM.

Cum Licentia Superiorum.

DECISIONES SACRI MANTVANI SENATVS

A IOAN. PETRO SVRDO CASALENSI IVRISCON. ET IN EODEM AVDITORIO SENATORE COLLECTAE.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur demonſtrare ſententiæ iniquitatem.*

2 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*

3 *Appellatus tenetur probare quod ſententia pro ſe lata, ſit iuſta.*

4 *Appellans tenetur tria probare ad fundandum iuriſdictionem iudicis appellationis.*

5 *Appellans ſi ſuam non proſequatur appellationem, & appellatus uult eam proſequi, & obtinere confirmationem ſententiæ, neceſſe habet fidem facere de appellatione, & producere omnia acta.*

6 *Denunciare malefactorem vbi villa intra certum tempus tenetur, ſi deficiat, excuſatur ſi ab alio fuit præuenta.*

7 *Maritus qui non adhibuit medicum vxori ægrotanti, non perdit lucrum dotis, ſi ab affinibus illius fuit præuentus in adhibendo medicum.*

8 *Appellatus poteſt uti appellatione interpoſita ab aduerſario ſuo.*

9 *Aduerſarius poteſt uti iuribus productis ab altera parte.*

10 *Productio iurium vnius partis cum proteſtatione, ſeu clauſula in partib. tantum fauorabilibus prodeſt alteri quæ pariter proteſtata eſt ſe velle uti illis iuribus in partibus ſibi vtilibus.*

11 *Proteſtatio nihil operatur quantum ad effectum tollendæ probationis, vbi quis producit inſtrumentũ in partibus tantum ſibi fauorabilibus.*

12 *Actis ab vna parte productis in partibus fauorabilibus, poteſt iudex inhærere etiam quatenus faciunt contra producentem.*

13 *Modus non curatur, ſi idem ſequatur effectus.*

14 *Productio fieri poteſt poſt terminum, quando partis ius non eſt factum deterius.*

15 *Verbum futuri temporis importat ſententiam ferendam.*

16 *Verbum futuri temporis etiamſi ad iudicem dirigatur, importat non latam, ſed ferendam ſententiam.*

17 *Iudex non debet officium ſuum impartiri parti non petenti.*

18 *Officium ſuum non debet iudex parti non petenti impartiri, etiamſi verba dirigantur ad iudicem, veluti quod cauſam expediat, vel tale quid faciat intra certum tempus ſub pœna.*

19 *Stylus & practica plurimum poſſunt ad interpretationem ſtatutorum.*

20 *Doctoris opinio non eſt curanda, qui aliquid perfunctoriè, & ſine diſputatione affirmat.*

21 *Mandatum opponendi contra teſtes ſufficit, quod procurator alleget tempore oppoſitionis, & licet illud nõ produxerit, ſi tamen poſtea illud pducat.*

VENETIIS,

APVD IOANNEM GVERILIVM.

M DC VI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA